

The Electronic Manipulus florum
www.manipulusflorum.com

Paupertas q
cum fonte primo

Semper diues est Christiana paupertas,
nec pauet in isto mundo indigencia
laborare cui donatum est in omnium
rerum Domino omnia possidere.
Operantibus ergo que bona sunt
non omnino metuendum ne
eis desit facultas operandi, cum et in
duobus minutis euangelice illius
uidue sit laudata deuotio, et pro calice
aque frigide premium habeat gratuita
largitio. Ex affectibus enim piorum
benignitatis mensura taxatur, et
nunquam eum miserandi efficacia
deserit in quo misericordia ipsa non
deficit.

Leo papa sermone IIII. de quadragesima.

Semper diues est christiana paupertas.
Nec pauet in isto mundo indigentia
laborare, cui donatum est in omnium
rerum Domino *omnia possidere.*
Operantibus ergo quae bona sunt,
non est omnino metuendum ne
eis facultas desit operandi, cum et in
duobus nummis euangelicae illius
uiduae sit laudata deuotio, et pro calice
aquae frigidae praemium habeat gratuita
largitio. Ex affectibus enim piorum
benignitatis mensura taxatur, et
nunquam eum miserandi efficacia
deserit, in quo misericordia ipsa non
deficit.

Leo Magnus, *Tractatus septem et nonaginta (textus a)*, 42, 2 (CCSL 138A, A. Chavasse ed., pp.241-2, ll.69-82).